

morte, obedientiâ, iustitiâ Christi, quàm hanc iustitiâ subtiliter tripar-
 tiri aut bipartiri. Sub iustitiâ Christi sanè comprehendit totum statum, quod
 nobis passus est aut fecit, ad quod patiendum aut faciendum ipse non tene-
 batur. Neq; ab hoc actualen obedientiam legis excipio, quatenus servitus
 erat sponte pro nobis suscepta: ut est Galat. 4. Vos modò cavete, ne san-
 guinis iustitiâ adimatis, aut mortem evacuetis: id quod phrasibus vestris
 Domino N. maxime suspectus reddit. Ut ingenuè dicam; Vellem te Vi-
 tuam Thesm non scripsisse. Non paucos enim offendit, quod tibi dicitur:
Parentes ante lapsum, cum non essent peccatores, ius vitæ æternæ ra-
habuisse. Quid enim erat Imago Dei? et quid arbor vitæ? Quid illis erat
 non peccare aliud, quàm in perfectâ iustitiâ perseverare? Cogita an in
 iudicio Dei sit medium inter peccatum et iustitiâ. inter vitam et
 mortem. Sed non sine dolore intueor hoc gliscens certamen et scandalum,
 cuius causa erunt, qui igniculum hunc gladio fodient. Ego CONSEN-
 SUM cum Præceptoribus et vobiscum sanctè teneo, et si phrasibus vestris
 quatenus in manifestam scripturam impingere videntur, uti non audeo.
 Ha, quaeso, agite hanc causam contra fratres N. N. ut vobis sint fructus
 ne dum medicinam facitis, malum exulceretis. Nosti enim illud
Curando fieri &c. Sed nota mihi est tua moderatio Christiana. Urget me
 affans M. Grynæ Verter. Fides cesso. Dominus te cum conjugē et fa-
 miliâ diu Ecclesiæ incolumem conservet. Vale. Heidelbergæ
 2. Maij. 1599.

332)

D. Amando Polano Theologo Basilcenfi D. Pare,

SALUTEM à Domino Iesu. Absui, frater honorande, in acidi-
 lis Swalbachianis valetudinis causâ. Quod ergò citius tuis nouis
 fiondi, in bonam partem accipies. Quomodo errore factum sit, ut
 filius meus Philippus duplicatâ molestiâ et sumtu Generam redi-
 rit, ad D. Grynæum perscripsi. Maluissē, postquam ad vos redi-
 rat, eum porro manere et hybe mare vobiscum. Sed modò cum vestra
 & quæ discesserit, ferendus est error: ac lator eum nuncquā
 fui singulari humanitate & benevolentia Venerandi Patris
 D. Beza &

D. Beza et aliorum isti virorum doctissimorum, quidē, de Fo 1599.
is in ipsam studiis prolixē a p^{re} me sunt contestati. Utinam
et ipsis et vobis pro tantis meritis quosplū referamus, sat
dignam. Sed quod nobis decrit, supplebit Dominus: quod ut
faciat, ardentē eum invoco. De disceptatione tua cum N.
πρι Δικαιώματος, quid sentiam et quid metuan, ostendia,
siquoties, tūg. pro tuā prudentiā intelligis. Facile credō,
eum rigidius tecum egisse, et sua erudius explicare.
Ecce igitur paci Ecclesia, & fraterna charitati ista con-
donas. Verē tibi confirmo, eum de totā hac re ad me ven-
tum nullum: neq. me ad ipsum. Ostendi tamen cōsultus a
magno quodam viro, quid ad conciliationem facere posse
iudicem inter hūc dissidenter: nempe, si nec hi materiā
justitiā imputatā subtiliter in partes distrahant; nec,
si ab eādem antegressam totius humiliationis obedientis
am rigidius excludant: omnes verō doceant et loquant,
cum scripturā: nos justificari obedientiā, morte, sanguine
Christi, hoc est, justitiā nobis imputari fide absq. operi-
bus, propter obedientiam anias, nempe CHRS^TI, cuius
totam, ad mortem usq. crucis continuatam nostrā cadu-
sā et nomine præstitam, nobisq. imputatam. Nam
perfectō si pars una justitiā in morte, pars alia in con-
pletione Legis, pars deniq. alia in sanctā natiuitate
monstratur: ac doceatur, nos imputatione mortis non
dum iustos, sed tantū non iniustos; actualis obedientia
demū iustos, et sanctitatis habitualis etiam sanctor
censeri: quicquid tandem excusetur, non video, quomodo
talis partitio 1. doceri possit ex scripturā. 2. non confun-
dat justitiā personæ et meriti Mediatoris. 3. non distra-
hat fidem, si iubeatur partem justitiā hūc partimibi q
querere. 4. non turbet consolationem nostram.
5. dignitati

5. dignitati mortis Christi non plurimum deroget. Fateor
saltem, ista superare captum meum: proinde in hac tam
subtili partitione malo ē π & X & W: praesertim si videam,
partes ad eodē dissimiliter explicari, ut modō tres sint, modō
duae: & modō sanctitatem habituales, modō mortem
Christi non numerari pro parte meriti, sed ut π & X & W
aut δδ & X & W. quiddam sub activa obedientia compre-
hendi. Contra etiam non minus à fide scriptura et à cor-
relatione nostrā alienum iudico, obedientiam humilita-
tis, quam mortem ē antegressa, à meriti ratione exclus-
dere: cum Filij Dei nascens ex homine factus sit
pauper, se exinanierit, humiliaverit, legis iugo, servitu-
ti ac maledictioni, omnibusq; extremis vite nostrae a-
rumnis, ad mortem usq; crucis sese subiecit sponte, pro-
pter nos & pro nobis: ipse ad nihil horum faciendum aut
ferendum obligatus: totaq; ejus vita sanctissima quidem,
sed arumnosissima (cum ex ordine iustitiae, & ex legis sen-
tentia deberet ēē felicissima: quippe hominis sanctissi-
mi & iustissimi) nihil fuerit aliud, nisi continuata
quodam passio & victima pro nostris peccatis: cuius
consummatio tandem fuit mors crucis, juxta doctrinam
Apostoli 2. Cor. 8. & Phil. 2. In hac declaratione sim-
plici, verā & consentaneā scriptura, quam reperio in magnis
veterum illorum Theologorum, praedecessorum nostrorum, Luth-
eri Melanchthonis, Calvini, Martyris, Ursini etc. scrip-
tis, si ac quiescerem, omnes paci & charitati esset
consultum. Nunc quia disceptatur de partibus, fit ut
in partes alii alias abeant, non abrogando scandalo & pericu-
lo. Ista, mi frater, velim vos perpendere, & cogitare,
μὴ οὐκ ἀνὰ κρυψὸν. Quia verò pro partitione quādam
accuratius

accuratius meditata habent literae tuae, adea etiam haud
dubie expectas sententiam meam. Aperiam ergo pau-
cis & sincere. Rectè ais, justitiam imputatam a no-
bis intelligi non Deitatis, sed humanitatis. (respondeo tamen,
mihi aliquando hac de re sermonem fuisse cum fratre quo-
dam viro docto, et amico communi, qui etiam justitiam Dei,
tatis imputationem defenderet: idq. hoc argumento, quod to-
tus Christus nobis donetur atq. imputetur: item, quia o-
mnis victimae dignitas à Deitatis justitiâ profluat. Ita
non tres, sed qua tuor statuebat justitiae & imputatio-
nes. Quid responderim hic commemorare non attinet.
His: Adversarios veritatis partitionem primam in mediū
protulisse. Id quale sit, in medio relinquo. Nisi fallor, ex-
stabat in Confessione D. Beza, multo ante disceptationem
hanc scripta, quem absit, ut pro adversario veritatis habe-
mas. Quos vero sic vocas, partitionem nunquam protulerant,
quod sciam, neq. defenderunt. Cœgerunt nos, inquis dispu-
tantes de passiva tantum justitiâ Christi asserere, et o-
stendere omnes imputari. Noli in nos huc confugere, quod
ille confugiebat, excusans geminam in Christo Dei-
tatem, quod ad eam statuendam fuisset à Calvinistis ad-
actus. Nunquam probavi nec probò justitiam illam bipar-
titam, Activam & passivam, magis, quam triparti-
tam. Egerim ἄκρως & materia λόγος παθίας: cum
pleraq. agendo sit passus, & patiendō egerit Christus: sed
et abq. partitione talis est nihilominus totius exina-
notionis imputatio. Non ergo neceps fuit ad eam confuge-
re. His: Ipsam legem distinguere unam justitiam in
tres partes, exigendo à nobis. 1. Sanctam naturam.
2. conformitatem actualem. 3. normam per inobedientiam Adami.

Primum

Primum, si lex tunc statuit, non fuerunt tunc tantum sta-
tuenda. Thesi XXIII. quae an satis etiam cum Art. V. Syn.
Bern. consentiat, considera. Deinde, si quid intelligo, hoc
est πρὸς τὸν κρινομένον. An lex obliget simul ad obedi-
entiam & ad poenam? Si hoc verum, stat partitio: si an-
tem: legis praetextu defendi non potest. Nulla lex obli-
gat copulativè ad obedientiam et ad poenam: Sed distin-
ctivè ad obedientiam & poenam: Sed distinctivè ad obe-
dientiam vel ad poenam. Ergo nec divina. Antecedens
patet. Omnis lex norma est justitiae, seu particularis, ut
humana, seu universalis, ut divina. Nulla igitur san-
cit in justitiam seu pugnat quidcum ordine justitiae in me-
te divina. Is vero est bonus bene, malis male fit juxta dicta:
Qui fecerit ea vivet in eis. Maledictus omnis, qui non man-
serit in omnibus. At lex obligans ad obedientiam, simul &
ad poenam, sanciret in justitiam: quia obligaret justum
ad male esse. Homo igitur ante lapsum, quando non peccabat,
non tenebatur ad poenam, Sed tantum ad obedientiam.
Postquam peccavit, non tenebatur ad obedientiam (qua
erat violata) et ad poenam simul, Sed proximè & tantum
ad poenam, seu ad satisfactionem per poenam pro obe-
dientia violata. Neg si (posito casu) homo lapsus volu-
isset, aut potuisset obedientiam plenam prestare, eam ut
satisfactionem poterat admittere Dei justitiae; sed prius
tenebatur expiare culpam per poenam: quae suffi-
cienter exsoluit, rursus tenebatur ad obedientiam novam
vel ad poenam novam, & sic deinceps. Ut cum discipulus p delin-
cto postulabat ad ferulam, Praeceptorique dem supplicat: Ab di-
mitte, quæso, per Deum hanc noxam, postea nunquam inquit
num delinquam, Sed obediam omnibus. Nihilominus audit:
Prius exsolvere noxam, postea frangi esto, aut iterum rapulato.
Hicordo

Sic est ordo iustitiae, legibus divinis & humanis sanc-
titus: isq; immutabilis, quoad in legibus res agitur, & non in-
tercedit τὸ ἐπιεικὲς, τὸ ἐπαρὸν θωτικὸν τῆς δικαίας
vopius, ut loquitur Philosophus. Post lapsum itaq;
Adam peccator & culpā proximè tenebatur ad poenam satis-
factoriam, vel per se (quod δίκαιον vopius postulabat)
vel per proximum Christum (quod ἐπιεικὲς Evangelium
ostendebat) praestandam. Quoniam verò homo maledictionis et
mortis aeternae poenam citra intentum subire et emergere exequibat:
necessce erat Mediatorem, ejus reatu in se derivatq; poenā
satisfactoriam subire, et iudicio Dei pro eo dependere. Id
clare docet Apostolus, Rom. 8. 3. Afficiatur locus. Et (a
techesis nostra Quast. 12. 13. 14. Liberationis nimirum
viam unicam fuisse, si iustitia Dei satis fieret, idq;
per poenam culpa aequivalentem. Quod fundamentū
si ipsi convellimus, aut patimur à Socinianis convelli, a-
ctum erit de fide nostrā. Ea verò satisfactio, seu poena
satisfactoria, seu δι' ἑαυτοῦ Mediatoris pro Adamo peccato-
re, est Filij Dei exinanitio, natiuitas, humilitas, vita
& obedientia tota, usq; ad mortem crucis: qui pro tota
misericordis arumis & doloribus plena: non propter ipsum
aut pro ipso, sed propter nos & pro nobis. Jam cogitetur,
quāvis sit iustitia divina congruum dicere; Adam non ante
lapsum legi fuisse obligatum ad obedientiam finalem & ad poe-
nam: post lapsum etiam simul ad utrumq;, seu quodidem ē
1. ad sanctē nascendum. 2. ad justē vivendum. 3. ad morien-
dum pro peccato. Imò, qui jam sanctē fuerat creatus,
& qui justē jam vixerat, defecerat autem; pro ἀποραβία
& pro pravitāte accersitā obligabatur proximè ad satis-
factoriam poenam aeternae maledictionis & mortis.
Qualis verò obligatio Adam peccatoris, talis omnino ē
posterorum

posterorum. Juxta hanc igitur obligationem Chris-
 tus Adam, et posterorum sponsor homo factus satisfacto-
 riam poenam, seu *λύτρον* pro eis dependere debuit, id est
 ordini miseræ nascendo: continuare miserrimè vivendo et con-
 versando: absolvere maledictionem & iram Dei sustinendo
 per mortem crucis. Debuit verò etiam sanctè concipi, nasci,
 sanctè vivere & conversari, perfectè legem implere, dili-
 gendo Deum et proximum in vitâ & in morte: ut esset
 talis, qualis nobis conveniebat Pontifex, sanctus, innocens
 etc. hoc est, ut misericordissima ipsius conceptionis et na-
 tivitatis, & vitæ & mortis, ex ordine justitiæ divina vale-
 rent non pro ipso, sed pro nobis. Nativitas igitur san-
 cta, & sanctissima vita, totaq; illa conformitas cum
 lege fuit perfectio Mediatoris: fuit justitia personæ, quæ
 homo, fuit vestis et ornatus Pontificalis, qui in Pontifi-
 ce nostro requirebatur Hebr. 7. quæ describitur ac
 celebratur Gal. 4. 5. Vers. 5. 6. 7. 8. 9. Eadem san-
 ctissima nativitas tam misera, sanctissima conver-
 satio et vita tot passionibus, doloribus & crucia filij
 obnoxia, sanctissima mortis victima adeò horrenda et
 maledicta, fuit *λύτρον* Mediatoris, fuit justitia
 meriti ejus: fuit et est vestis & ornatus ille noster
 hoc est, nobis donatus & imputatus: quo induiti fide,
 & justificati placemus Deo. Hinc Jesaias universaq;
 Scriptura Prophetica et Apostolica, justitiam nobis
 monstrat in Christi despectâ formâ, in doloribus, in infir-
 mitatibus, in languoribus, in plagis, in exinanitione,
 in paupertate, in humilitate, in vulneribus, in afflictio-
 nibus, in livore et virgibus, in oppressionibus, in afflictio-
 nibus: deniq; in maculatione, sanguine, cruce, morte et
 victima.

94
Victima. Hoc coruorū iustitia imputata: hac
paraceta defectum et malorum nostrorum omnium.
Si Satan obicit impuram nativitatem, si omissionem & iram: ecce sanguis
Iesu Christi Dei mandat nos ab omni peccato, a de-
fectu sancta nativitatis: a defectu completa legis: a
culpa et reatu violata legis: & vitiis ejus sanati su-
mus. Hac simpliciora & solidiora sunt quàm distri-
batur fides, impura nativitate jubetur opponere
sanctam nativitatem Christi: omissioni legis imple-
tionem activam, violationi denique legis obedientiam pas-
sivam seu mortem. Ita quidem graciose dicuntur, sed
in luctu, in luctu inquam, si Satan jubeat proferri cer-
tum Dei verbum sic partiens iustitiam, Tarebinus.
Cogita hac et experire, quoties ego cogitavi & experi-
or, & intelliges me non sine causa hac ingerere, & proli-
xius forte quàm ferebat epistola modus. Eadem fere dua
editiones priores Partitionum tuarum habebant. De
his prius vellem, nos esse sollicitos, quàm Anni ad veri-
ficationes scribere, aut scriptas multum curare. Amotian-
tes N. propter multa præclara dona, et labores Ec-
clesiæ non inutiliter. Sed non amo quorundam Philo-
kariarum et Etepodarum. Et scio etiam, non probavi
alijs me eruditionibus. Præstare retinere dogmata accu-
pta, certa et plana, quàm quædæ in phrasibus et rebus
quædam innovare, aut interpretare: postea senten-
tias mutare in horas & Terebinthi herbam cum pudore
porrigere: quod meministi aliquibus ex illis factum esse.
mel. Qui vero tibi, quod scribis, persuadere conatur est,
me refutationem Thesim tuarum scripsisse aut scribere unquam
voluisse.

Volui scire: mihi & tibi insignem fecit injuriam, mecirca
rando, te circumveniendo. Quasi vero tantum à re mea
sit otij mihi, aliena ut curem: aut quasi mihi desint An-
tagoristae, cum quibus, si velim, certem. Nisi ad meo
Cita nuper magni nominis Hieron quidam pagellas scriptas
ex Thesibus tuis, ut apparet, excerptas: auditur, deus
judicium meum. Necdum tamen respondi propter im-
pedimenta varia: & quia tibi prius respondere volui. Nunc
habeo aliud, quod ei respondeam, quàm quod etiam ad te ip-
sum fraterne scribo. Argumenta tua & auctoritates
de sancta naturae et vitæ Christi pro nobis ut ipse videt,
ad me non pertinent, nec sententiam orthodoxam tenent.
Licet nec parti forem illam probeat: quod libenter in me-
dio relinquo. Testatus sum in genuè ad te de consensu
in re ipsa, et si phrasas quædam non probeam. Jam
etiam in genuè ostendo, in phrasibus quid desiderem. Idem
candidè et amice facturus deinceps, siquid desideravero.
Rectè igitur fecisti, quod fidem non habueris. Monue-
ram præterea de Thesi VI, mihi durum videri, de-
rogare parentibus ante lapsum in imagine DEI, hoc est,
veram Dei agnitione, perfectamque justitiâ et sanctitate
conditis, jus vitæ æternæ. Vides te rationibus ne pauci-
cis, nec contemnendis Thesin tuam abstruere: quibus sanee-
go acquiescerem, si sal solidas, aut formas putarem
ad erigendam vel ratione unicâ ab imaginis definitio-
nem ductam. Putas Adam ante lapsum habuisse quidem
jus vitæ, quamdiu persistebat, sed non jus vitæ æternæ. Hoc
videtur subtilius. Habuit ante lapsum non modo jus vitæ,
sed et vitam ipsam. Habuit etiam jus vitæ æternæ: imò &
huius primordia habuit: quoniam si perseverasset, vitam præ-
sentem temporalem, nullâ intercedente morte, cum celesti
semper æternâ perfectâ commutasset. Sed habuit hæc omnia natu-
raliter

biliter, sicut ipsam imaginem Dei, sic nimirum, ut
posset amittere. Hic igitur in limine est conueniendum
prius, quam pergamus. Rationes vero, quas affers, con-
ficiunt quidem, quod non habuerint immutabiliter de
quo consentio: sicut nos jam recuperatum ius vitæ æternæ
na habemus immutabiliter in Christo. At minime con-
ficiunt, quod non habuerint simpliciter, ne mutabi-
liter quidem. Sunt enim simpliciter $\alpha\beta\gamma\delta\alpha$,
Esse in imagine Dei: et tamen Ius vitæ æternæ ul-
lo modo habere: Esse talem, qualibus lex vitæ æternæ
nam promittit, hoc est, perfectæ legi conformem et ta-
men Ius vitæ æternæ non habere. Quod si nullo mo-
do habuissent, utique nobis non amississent, nec Christus
nobis reparasset. Dicis, Ius vitæ æternæ eis fuisse
promissum, si perseverarent. Imò non ius, quodjam
habebant, licet mutabiliter, sed ipsa vitæ æterna (et
cum hac etiam ius immutabile, quod non habebant) perse-
uerantibus fuit promissa, juxta illa; Qui fecerit
ea, vivet in eis.

Ad Rationes jam breuiter.

Ad 1. Quisquis habet ius vitæ æternæ, eum iustitiæ æ-
ternæ et immutabilem habere necesse est. Hanc pa-
renter ante lapsum non habuerunt. Ergo nec aliud.

Respondeo: Datur totum: non habuerant illud, immutabi-
liter: alioqui negatur. Ad hoc siquidem, ut quis habeat ius
vitæ æternæ mutabiliter, sufficit habere iustitiā ve-
ram et perfectam, licet mutabilem, qualis fuit Adami.

Ad 2. Quisquis habet ius vitæ æternæ, eum quoque ima-
ginem Dei æternam immutabilem habere necesse est.

Hanc

Hanc Adam o habuit. Ergo nec illud.

~~RESPONDEO. Dicit totum non habuerunt illud, immutabiliter: alioq negat.~~

~~Ad hoc siquidem, ut qd habeat qd vita aeterna mutabiliter, sufficit habere
justitiam veram et perfectam, licet mutabilem, qualis fuit Adam.~~

~~Ad II. Quisq habet jus vita aeterna, cum quoq imaginem Dei aeternam immu-
tabilem habere necesse e.~~

~~R. Dicit totum. Non habuit immutabiliter. Habuit vero sicut et ima-
ginem Dei, mutabiliter: alioq rursus negat major.~~

~~Ad III. Quisq habet jus vita aeterna, eam legem perfecte implerisse necesse e.~~

Hanc Adam perfecte non implevit. Ergo illud o habuit.

RESPONDEO. Dicit totum. Non habuit immutabiliter. Habuit tamen mu-
tabiliter, sicut perfecte legem implevit mutabiliter, sive ad tempus: alioqui
minor negat. Neg enim perfecta legis impletio dicitur ea solum quae tempore
perfecto (ut abste sumit) sed et ea, quae partibus & gradibus obedientiae p-
fectis constat, qualis certe fuit Adam ante lapsum, licet unicum saltem diem
duraverit. Non enim duratione, sed perfectione obedientiae impletio legis
censetur. Alioqui ne Christus quidem in statu humiliationis tris. annis perfecte
implevisset legem. Negare vero Adam perfecte, hoc e, habitualiter et actua-
liter legem implevisse ante lapsum, quid e aliud, quam negare, eum fecisse p-
fecte legi conformem, hoc e in imagine Dei, sed vera, perfectaq sapientia,
justitia et sanctitate conditum. Nimis proinde tenaciter loqr Thesis tua de
parentum nostrorum originali dignitate, cum dicit: eos non fuisse peccatores.
Definit integritatem parentum privatione mali: Paulus contra definit ima-
ginem Dei originalem positione boni, agnitione Dei, justitia et sanctita-
te vera. Jam cogita, an minor tua consistat. Fuit tamen, ut dixi parentum
perfectio et conformitas cum lege mutabilis. sic et jus vita aeterna.

Ad W. Cui promissu e jus vita aeterna sub conditione perfecta obedientiae legis,
is non expleta conditione non habet jus vita aeterna. Adam fuit promissu
jus vita aeterna sub tali conditione nec conditio ab eo expleta. Ergo illud o habuit.

RESPONDEO. Rursus vel totum dicit de jure immutabili vita aeterna,

quod

quod Adam non habuit, et de quo Major vera est: vel Minor negatur. Non enim jus vite eterne, sed ipsa vita aeterna sub conditione perseverantis in imagine Dei parentibus fuit promissa. Deinde retorquetur: quamdiu explevit conditionem, tam diu habuit jus vite eterne. At explevit conditionem, quam diu in integritate stetit. Tam diu igitur habuit jus vite eterne.

Ad V. Arbor vite Adamo obfigurat promissionem vite eterne sub tali conditione, et post lapsu merito arcebat ab ejus usu. Ergo non habuit jus vite eterne.

RESPONDEO. Conceditur totum, quatenus 1. post lapsum simpliciter non habuit, quia amiserat. 2. ante lapsum non habuit immutabiliter: habuit vero mutabiliter, sicut symbolum habuit. Nam arbor vite obfigurat ei jus vite eterne, quod jam habebat mutabiliter: et vitam aeternam ipsam conditionaliter, si perseveraret.

Ad VI. Quisquis habet jus vite eterne, is habet vitam aeternam. Hanc Adamus non habuit. Et nec illud.

RESPONDEO. Potest negari Major universaliter: quia aliud est res, aliud jus rei. Jurisconsulti dicunt: Aliud est jus ad rem, aliud jus in re.

Potest illud haberi sine isto; sed sunt quatuor termini. Nam vita aeterna, Vita aeterna, alias significat statum seu conditionem vite felice, Deo conformem, inchoatam vel perfectam. Sic vitam aeternam habet, quicumque habet jus vite eterne, seu perfectum, ut Angeli et animi sanctorum in coelis. seu inchoatam, ut sancti in hac vita: idque vel mutabiliter, ut parentes ante lapsum, vel immutabiliter, ut electi credentes in Christum; sicut dicitur: Qui credit in filium Dei, habet vitam aeternam. Alias significat status seu conditionis felicissimae consummationem et durationem aeternam. Sic vitam aeternam habet Deus, habituri sunt Angeli, et electi homines, glorificati in omnem aeternitatem, sicut dicitur: Hic est verus Deus et vita aeterna; qui bona fecerunt, ibunt in vitam aeternam. Priore

significato Major vera est: sed Minor falsa. Adam enim, quam diu in statu integritatis manebat, verum erat conformis Deo, ornatus vera Dei agnitione, ^{felicitate} atque letitia acquiescente in Deo. Inveritatem Dei agnitione, felicitate et letitia consistit vita aeterna.

Joh. 17. Rom. 14. Verum igitur Adam in imagine Dei permanens habebat primordia vite eterne, licet mutabiliter, ut dictum est.

Posteriore significato Minor, quidem vera est, non enim durabiliter habuit Adam originalis felicitatis statum: sed Minor est falsa.

Non enim quisque habet jus vite eterne, etiam habet vitam aeternam, huc est, consummatam, et in aeternum perpetuatam gloriam. Credentes hanc nondum habent: et tamen habent jus vite eterne.

Vita.

Vita nostra abscondita ē cum Christo in Deo: quando autem Christus
vita nostra patefactus fuerit, tunc et vos cum eo patefietis gloriosi Col. 3.
Non igitur tantum aeterna duratione deficienda ē vita aeterna. Cui sit in ra-
tionibus tuis? sed cum primis conditione et statu, hoc ē, Dei conformitate,
concordia atq; iocunditia: quae in singula momenta censeat initium et pars vitae ae-
ternae: et quam habentes electi in cordibus p̄fidei, et spiritum sanctum, ipso Deo
Mors aeterna. mino teste, habent vitam aeternam, sicut contra Mors aeterna non tan-
tum mors in aeternam continuata. Cui vult cum socio Vorstius et ideo vocat
Christum gustasse p̄ nobis mortem aeternam? sed cum primis est horribilissile
cruciatu, et abjectio damnatorum: quae itidem in singula momenta censeat in-
itium et pars mortis aeternae. Et hoc pacto Christus verē aeternam mortem
p̄ nobis sensit: licet mors corporis tantum fuerit triidua. Conaris post-
mo loco labefactare argumentum contrarium: Quod Adam amisit, habuit, Ius
vita aeternae amisit. Habuit igitur

istis, medium ēē ambiguum: quia non tantum amittat, quod q̄ jam habuit
et iam quod habiturus erat, si nihil obstitisset: ut cum exercitus amittit victori-
am habiturus erat, si fortiter pugnasset: filius amittit patrimonium, quod
habitus erat, nisi pater obliuisset: cursor amittit Praeceptor, quod habita-
erat, nisi alius cursu eum antevertisset: iē, negas Majorem universaliter. Sed
verē ē univ. salis propositio: quod q̄ simpliciter, seu nullo modo habet, et
nullo modo amittit. Amissio enim ē juris vel rei habitae, aut quasi habitae privatae.
Et contra: Quod q̄ amittit, id aliqua ratione, hoc ē vel re, vel spe, vel opi-
nionē, vel jure habuerit necesse ē. Imperator amisit Aoriam in Ungaria,
quam re ipsa tenebat: exercitus amittit victoriam, athleta Praeceptor, quod
spe tenebat: haeres amittit patrimonium, quod spe et jure quodam habebat: hujus
procurator amittunt dona, quae non habent re (Matth. 23. 12) Habent vero opinionē
(Luc. 12) Adam igitur, si ius vita aeternae nullo modo habuit, sibi et suis a-
mittere ē patuit. Si autem amisit (quod negari non pot. est) id aliquo modo ha-
buerit, necesse ē. Stat proinde argumentum: Amisit: Ergo habuit.

Amisit inquam ius vita aeternae, et ipsam vitam aeternam. Ergo utrumq; habuit:
illud re, ex sanctissimae creationis privilegio: hanc partim re, partim spe et jure,
sed non totaliter, eandem habiturū immutabiliter et consummate, ex promissione
si in obedientia p̄stitisset. Id ex contrariis etiam patet. Quod enim Adam sibi
et posteris atraxit p̄ peccatum, ejus contrarium habuit priorialem iustitiam.
Attraxit vero sibi et posteris ius, hoc ē, reatum mortis aeternae, cui contra
opponit ius vitae aeternae. Hoc igitur habuit. Promissa patent: consequentia
bona ē. Stat igitur conclusio. Manet interim verum et inconfesso, Christū solū
nobis adduxisse iustitiam sempiternam, hoc ē immutabilem: et solū habuisse
atq; communicasse nobiscum iustitiam aeternam, non mutabile, (quale habuit Adam)

sed

sed inmutabile et sempiternam. utrumq; cavendum ē, ne vel Christophum
honorē, q; soli ei debet, derodemus: vel parentes ante lapsum imaginē Dei,
quā fuerant ornatī, spoliemus, quorum illud horribilis blasphemie, socium,
p̄ia Lex p̄ias esset. At profecto spoliant, cum tantum non peccatores fu-
isse concedunt, quos apostolus verā agnitione Dei iustitiā et sanctitate condi-
ditos asserere non dubitat. utrumq; abote alienam Credo. Non q̄dem quorū
sūm Theōis ea partitioni subternat: nempe, ut inde extruat, aliud ēē non
peccatorem aliud iustum coram Deo ēē: item aliud ēē mortem effugisse, aliud
vitam habere. Et porro, nos morte Christi à peccato q̄dem et morte liberari.
horē, non peccatores, et non nos mortis constituti: sed nec dū iustitiā ha-
bere, aut vitam petere audere. Verum attaceam, ex dubio certū ē magis,
quam ex falso verum legitime unquam confici: sunt hæc tam subtilia, ut me-
um sanē caput excedant. In foro humano, ubi de particulari tantum iusti-
tiā et iniustitiā disceptatum non nego differre inter ēē non - reum,
et ēē iustum: potest siq̄dem, q̄ non ē fur, esse moechus. At in foro poli, ubi
q̄q; in uno ē reus, omnium tenet: et contra iustus ē atq; beatus, cui sunt
remissa iniquitates: p̄ter expressam scripturam etiam sana Ratio dicat, pec-
catum ē iustitiā, vitam et mortem, benedictionē et maledictionē, ita ēē
quærens contraria, ut negato uno, necesse sit poni alterum INQUIDIT,
O Dēs, in quo, q̄q; non ē peccator et maledictus, in dubitatē ē iustus
et beatus. Venite benedicti &c. Ite maledicti &c. Aut facite arborem bonā,
et fructum eius bonum: aut facite arborem malam, et fructum eius malum &c.
Ac ne cogitari q̄dem potest, quomodo q; mortem effugit, non vivat: hoc ē, sit
nec mortuus nec vivus. sed Finem facio.
Habet, frater honorande, ad epistolam tuam bene longam, responsum plixis
q̄dem, quam nunc ferebat valetudo mea, cum iterum *τοῦτα ὁ Θεὸς μὲν*
me affligit: non tamen quam regēbat argumenti gravitas, idq; sincerum,
fraternum et planum. Operam hanc mihi sumere volui: quia forte istis
nondum ita cogitasti: et video plurimū à non natis involvi potius, quam
explicari, aut etiam vix satis intelligi. Quæstio nobis non ē de iustifica-
tione, aut de eius partib; nec de iustitiā imputatā: sed huius tripar-
titā aut bipartitā distinctione et de legis obligatione: deq; originali pra-
ventum iustitiā et imaginē Dei. Non sunt hæc exigua. Et tamen tibi
licet incolumi amicitia nostra et charitate in his à me dissentire,
sentire verō ut sentis: licet non diu si senseris. Duo saltem p̄ eandem no-
stram amicitiam, p̄q; Eclesiæ parem te obtestor: primum q̄dem, ut tua et mea
hæc bene ponderata, cum p̄bri sitis, cumq; doctrina eorum, quos supra no-
minari, Theologorum ante cessorum nostrorum, aliquanto accuratius conferas.

Deinde...

